Licet de vitanda discordia in electione Romani pontificis manifesta satis a predecessoribus nostris constituta manaverint, quia tamen sepe post illa per improbe ambitionis audaciam gravem passa est ecclesia scissuram, nos etiam ad hoc malum evitandum de consilio fratrum nostrorum et sacri approbatione concilii aliquid decrevimus adiungendum. § Statuimus igitur ut si forte inimico homine superseminante zizaniam inter

[illegible]

cred. de substituendo. sum. pon.
non posset esse plenam concordia
et a duabus partibus concordantibus
tertia pars concordare noluerit
aut alium sibi praesumpserit
nominare ille absque ulla
exceptione ab universali ecclesia ro.
pontifex habeatur qui a duabus
partibus electus fuerit et receptus.
Si quis autem de tertiae partis nominatione
confisus quia rem non esse
non potest sibi nomen episcopi usurpaverit
tam ipse quam qui eum
receperint excommunicationi subiaceant
et totius sacri ordinis
privatione mulctentur ita ut
viatici eis nisi tamen in ultimis
communio denegetur et si
non resipuerint cum Dathan
et Abiron quos terra vivos
absorbuit accipiant portionem.
¶ Praeterea si a paucioribus
quam a duabus partibus aliquis
electus fuerit ad apostolatus
officium nisi maior concordia intercesserit
nullatenus assumatur
et praedictae poenae subiaceat si humiliter
noluerit abstinere. Ex hoc
tamen nullum canonicis constitutionibus
et aliis ecclesiis praeiudicium
generetur in quibus debet maioris
et sanioris partis sententia praevalere
quia quod in eis dubium venerit
superioris poterit iudicio
diffiniri. In ro. vero ecclesia speciale
aliquid constituitur quia non potest
ad superiorem recursus haberi.

Cum in cunctis. Idem.

Cum in cunctis sacris ordinibus et ecclesiasticis
ministeriis sint aetatis maturitas
gravitas morum et litterarum
scientia inquirenda multo
fortius in episcopo haec oportet
requiri qui ad curam positus
aliorum in seipso debet ostendere
qualiter alios in domo dei oporteat
conversari. ¶ Ea propter ne quod
de quibusdam pro necessitate temporis
factum est trahatur a posteris in
exemplum praesenti decreto
statuimus ut nullus in episcopum
eligatur nisi qui iam tricesimum
annum peregerit aetatis et de legitimo
matrimonio sit natus
qui et vita et moribus et scientia commendabilis
demonstretur. ¶ Cum non
electus fuerit et confirmationem
electionis acceperit et ecclesiasticorum
bonorum administrationem
habuerit decurso tempore de consecrandis
episcopis a canonibus diffinito
is ad quem spectant beneficia quae
habuerat de illis disponendi habeat
liberam facultatem. ¶ Inferiora
etiam ministeria ut puta decanatum
et archidiaconatum et alia
quae curam animarum habent annexam nullus
omnino suscipiat sed nec parochialis
ecclesiae regimen nisi qui
iam xxv annum suae aetatis
attigerit et scientia et moribus commendandus
existat. ¶ Cum
autem assumptus fuerit si archidiaconus
in diaconum
et presbyterum et decani in presbyterum et
reliqui admoniti non fuerint
praefixo a canonibus tempore in presbyteros
ordinati et ab illo removeantur
officio et aliis conferatur
qui et velint et possint illud
convenienter implere. nec prosit
eis appellationis refugium
si forte in constitutionis istius
transgressionem voluerint per
appellationem se tueri. ¶ Hoc
de praemonendis sane non solum
sed et de his qui iam promoti
sunt si canones non obsistant
praecipimus observari. ¶ Clerici sane si contra for

[illegible]

maniam istam quam ipsi elegerunt et eligendi tunc potestate privatos et ab ecclesiasticis beneficiis triennio noverint se suspensos. Dignum est enim ut quos dei timor a malo non revocat ecclesiastice saltem coherceat severitas discipline. Capitulum autem si contra hoc fecerit aut consenserit in conferendis prebendis officiis potestatem amittat et per capitulum aut per metropolitanum si capitulum concordare nequiverit ordinetur. Idem Taurinensi archiepiscopo.

Causam que inter moniales sancte Margarete et sorores super electione episcopum electionem statuunt promittentes quod illam quam eis provideret reciperent. Ipsam quam providerint facias ab eis si tamen exstiterit idonea in suam recipi abbatissam. Idem Wigorniensi episcopo.

Nosti quomodo Lingonensis electus conferendi honores vel prebendas aut alias disponendi de rebus ecclesie cum sua non sit electio confirmata non habeat facultatem et ideo quod ei auctoritate nostra prohibeas ut concessionem si quam fecit de prebendis studeat revocare. Idem.

Consideravimus quod electio Iohannis Frontini post appellationem et contra tenorem privilegiorum ecclesie vestre fuit celebrata prelibendam et quod electio vel postulatio concelebrata electionem non cassatam in necnon et post appellationem pro qua ad suum statum omnia debent reduci facta fuit et infra. Quia prefatus electionem olim cassavimus et vobis aliam personam idoneam et honestam conveniendi liberam tribuimus facultatem, ita quod utrique prebende fama sua non minus integre conservetur, quod illius ecclesiis possint si denis dederit per moderationem vobis autem liceat propter istam ecclesie vestre ordinationem saltem eorum convenire. Idem.

Suffraganeis alicuius metropolitani ad mandatum ipsius post confirmationem electionis sue et si pallium non receperit vetitum est electum qui ad eius iurisdictionem pertinet consecrare. Clemens III.

Ex eo non quod quereris nobis si alicuius electione cassata idem ad eius ecclesie regimen electus fuit an eius electio debeat confirmari. Hoc tuam volumus discretionem tenere quod si prior electio non vitio persone sed modo electionis cassatur per moderationem eius in eadem ecclesia nisi forte simoniace pravitatis aliquid intervenisse constiterit non debeat impedire. Celestinus III.

Cum monasterium de Pelli[...] ad eius dissolutionem devenerit sicut litterarum tuarum insinuatio patefecit quod fratres eiusdem domus observantiam religionis et ordinem abiecerunt. Et infra. Quendam qui confratribus suis in exemplo est laudabilis conversatus, in testimonium unanimiter consenserunt, eum tamen totis desideriis postulantes. Tu vero postulationi eorum prebuisti assensum et postulasti eandem ordinationem a sede apostolica confirmari. Nos autem ipsam canonice confirmamus.

Idem.

Cum terra que funiculus hereditatis domini censeatur etc. Sicut ex tenore querimonie vestre accepimus, quondam olim in electionibus prave consuetudinis mos irrepsit ut cum alicuius prelati deberet electio celebrari, conventus ad quem pertinet designaret duas personas non omnes latenter in manibus patriarche vel principis exprimendas, ut sic alteram eligendi vel totius electionis penitus irritandi, idem patriarcha vel princeps plenariam haberet facultatem. ¶ Cum igitur libere redundat in gravem preiudicium ecclesiastice libertatis, prescripte consuetudinis pravitatem sanctimus penitus abolendam, statuentes ut forma electionis canonice in omnibus conventualibus ecclesiis observetur, videlicet ut cum debet ecclesia sui pastoris regimine destitui, electores in unum locum in quo fuerit electio celebranda conveniant et invocata spiritus sancti gratia personam nominent, quam si idonea fuerit in electionis modo pronuntiant. Tamen circa in electione diligentiam inquisitionis apponant, donec vacanti ecclesie de persona idonea valeant providere. ¶ Cauo fco non prohibemus quin regis vel patriarche qui pro tempore fuerit requiratur assensus, sed per hoc ipsam electionem nolumus impediri. Idem.

Ranstinissam etc. Consultationi quid tibi sit faciendum super eo quod clerici tue diocesis pro ipsius excessibus suspensionis vel interdicti vel excommunicationis sententiam pertulerunt, propter pendentes eam contemnunt ecclesias et transferunt se ad communionem laicorum, nonnulli quorum ipsorum habitu clericali postposito vestes induunt laicales, et sicut laici mercatores se temporibus que sibi implicantes et similibus sibi laicorum manu associant, et correctionem ecclesiasticam per contemptum evadunt dicentes quod potestatem non habeas in eos nisi tibi specialiter sedes apostolica indulserit corrigendi etc. ¶ Cum igitur quod ex quo electionis tue confirmationem accepisti, de talibus et similibus preter ea que maioris inquisitionis discussionem exigunt et ministerium consecrationis desiderant, quod iustum est et ecclesiastice convenit utilitati, habeas liberam statuendi facultatem. Innocentius III. de sella sancti petri et nutriensi abbatibus.

Cum inter R. seniorem et R. iuniorem super abbatia sancti Eusebii quod intererat etc. Io. tit. presbiter cardinalis R. seniorem suam cum instantia postulante ad ponendum coegit iurari et sic abbatiam renuncians de manu eius custodiam et procurationem recepit, a quo deinde invitus possidendos eam ordinationi licet consentiret invitus. Domini tamen renisus adversarius opponendo eam nolentibus obsistere, non potuit que gesta sunt obtinere etc. ¶ Nos attendentes quod ex consensu compromissis receptus quod sibi competebat R. senior amisisset, ac per hoc ne

[illegible]

monachi ad electionem pre
dicti decani minime appel
lare potuissent cum nisi quorum
interest audiri non soleant
appellantes. appellationem illam dica
mus legittimam non fuisse
unde per eam non potuit elec
tio impediri. ¶ Sane quia
ius postulantis et capituli con
stanciensis decanus memoratus quod card.
postulat ipsius litteris inser
uerunt quod tamen pillio quod
est minor ordo episcopalis muni
benedictionis impendere ei
videtur quod prius inimicum obui
are. vel ut scriptura sonat uel
sensu scripture preiudicat nec
probatum fuit licet obiectum
quod ab illicitis electio fuit ce
lebrata. ipsam non potuimus
irritare. etc. ¶ Ideoque cum
ipsam non duximus confirman
dam ut si constiterit quod electio
facta fuit a suspensis. ea omnino
cassata ipsi monasterio post
satisfactionem condignam suspensionis
sententia relaxata de persona ydonea con
sulatur. ¶ Idem. c. panormitano.

Quia post obitum etc.
Cum quidam electus a nobis ante
confirmationem administrationi
preparatus se ingessisset recipien
do inuestituram tam a laicis
quam a clericis inuitata. ¶ Nos
attendentes quod secundum apo
stolum nemo debet sibi hono
rem assumere nisi qui uocatur
a deo tanquam aaron. presertim cum
nec domini sedis pontificis con
uenientis assensu fuerat. Sed
nobis presentastis cum debite suf
ficienti examinatione pre
missa. electionem de ipso factam

duximus irritandam. Quia de
certa uel ob eam factam est omni
gnantes penitus non tenere.

Idem capitulo capuano.
Cum inter uniuersa membro
rum etc. ¶ Intelleximus autem per b. l.
ii canonicos uestros et litteras
quas ad sedem apostolicam detulerit quod
a decano et aliis concanonicis
uestris panormi manentibus
cum eorum parte fuisset per
litteras intimatum ut si tota
retis super electione substitu
endi pastorem quod nullum
deferretis in eorum absentia
nominare quod dum socii uestri
cum litteris destinastis
duodecim dierum terminum assi
gnantes infra quod post recep
tionem litterarum ipsarum iter arri
perent redeundi quamuis
ecclesiastica consuetudo non exi
gat ita ad electionem pastoris
canonicos tam remotos uocari
et illi papie qui longe an
quam uos metropolitani uin
obitum presenciamus cogno
uerunt. quorum aliqui post eius
decessum ad capuanam ecclesiam
sunt reuersi. ¶ Quia uero
mora longior in electionibus
est ualde suspecta immo sepe
dampnosa. etc. quod inuocata
sancti spiritus gratia personam ydoneam
per electionem canonicam concorditer
assumatis. ad regimen ecclesie
capuane consequitur ad nostram
audientiam nuntios ydoneos
transmissuri per quos a nobis
more regia postuletis. assen
sum et apostolice confirmationis gratia
requiratis. ¶ Idem archiepiscopo et
capitulo capuano.
Cum olim nobis de obitu

[illegible]

[gloss: illegible]

c. i. Cum autem constaret inpositam fuisse appellationem ne fieret electio nisi canonica: videri poterat quod post eam medio tempore in dubio debuit innovari, vel tamen electio iudicanda erat irrita et inanis, utpote post appellationem canonice interpositam attemptata. Sed cum appellatum fuisset non ut nulla fieret electio, sed ut nisi fieret canonica, si forma electionis canonice fuerat observata non utique contra formam appellationis. Hec sed secundum eam in dubio videbatur esse processum, quia licet post appellationem non tamen contra eam fuit electio celebrata. Propter quod non erat hactenus irritanda. c. i. Item cum post appellationem emissam archidiaconus cum suis fautoribus clericorum cessisset, et vos illos ut interessent electioni faciende non vocantes cessaveritis sollicitare vel vocare, qui ad electionem faciendam accedere noluerunt, alienos se fecisse videntur. Propter quod electionem a vobis iuxta formam mandati apostolici concorditer celebratam de iure non posse convelli videbantur. c. i. His igitur et aliis allegatis, quia quoad personam illius quem elegistis nichil dampnabile fuerat obiectum, quia tamen iuxta verbum apostoli dicentis: Nemini cito manum imponas, debemus attendere diligenter ad ea que circa personam inquirenda fuerant, duximus ex officio nostro sicut decuit procedendum. c. i. Electus quoque litterature licet non eminentis tamen competentis existit, ut pro defectu scientie sicut plenius intelleximus ab hiis qui eum melius cognoverunt, ab electione deberet non excludi. De legitima tamen etate plene certificare non potuimus veritatem, quia cum a multis annus etatis existeret circa vicesimus in dubium revocaretur, a nemine tamen audivimus quod annum etatis tricesimum attigisset. c. i. Nos ergo preter personam providere volentes et tam rationes quam canones observare, quod propositum nostrum providendum intelleximus, et nos propter urgentem necessitatem et evidentem utilitatem ecclesie Capuane que in hac parte potius approbamus, volumus ipsum firmiter procurare prefatum subdiaconum nostrum nobis procuratorem exhibuimus, liberam administrationem et tam in spiritualibus quam in temporalibus committentes. Idem in eum archiepiscopo.

Innotuit nobis quod Vigornien. ecclesia destituta pastore prior et conventus eiusdem magistrum Ro. Eboracen. archidiaconum in episcopum elegerunt. Cuius confirmationem usque in adventum ipsius qui absens eligebatur et inscius distulimus, qui tandem spontanea tibi et secreta confessione monstravit quod consciam eius aliquantis per sponsalibus est ecclesia. Cum electionem capitulum peteret per sedem apostolicam confirmari, presentato nobis electionis decreto subscriptionibus eligentium roborato. c. Quidam autem suffraganeorum asseruerunt eum filium fuisse cuiusdam militis et ab eo ex quadam

[gloss: illegible]

genitis non est late sententie sed ferende. et ad hoc inducit .s.e. quisquis .xc. ... sed hoc non dico ... immo quo ad omnia canon iste late sententie. sed huic contradicit quod dicit infra nec penam infligimus. et c.i. nolumus esse inscitiam quam patiuntur eis. et hoc est quod premisit parcentes non modicum ... Extra duo capitula contra ... in alio casu loquitur ...

[illegible]

ingenua et non coniugata sus-
ceptum, et non quorum magister
diceret quod nunquam pater eius
habuerat uxorem, sed matris
eius virginitatis florem pre-
ripuit quasi furtim. ¶ Cum
vero alius canon Lateranensis concilii ab
Alexandro papa predecessore nostro editus, non
legitime genitos ab eo pro-
fecerit (?), quod electionem talium
irritat, nullam esse (?) nobis tamen per
eum ad ecclesiam non fuit dispen-
sandi facultas, cum ea non
fuit prohibentis intentio quod
successoribus suis nullum po-
neret in hac parte preiudicium, quominus gravare
posset post eum, immo eadem
potestate functuris, cum non
habeat imperium par in parem.
¶ Multa enim in hoc
casu dispensationem inducere
videbantur: litterarum scientia,
morum honestas, vite virtus
et fama persone multiplicata (?)
a quibusdam et fratribus nostris
qui eum in scolis cognoverant
approbare faciebant, et adiciebatur (?)
non modicum concors capituli
Wigorniensis electio, petitio regis illustris,
assensus principis, votum
totum suffraganeorum suffragia,
et humilis devotio confitentis, qui
sponte ac humiliter maluit
suum confiteri reatum, quam lesa
conscientia thronum ascendere pasto-
ralem. ¶ Habito quoque super
hoc diligenti tractatu, intelli-
gentes Wigorniense capitulum in
eundem magistrum non humiliter
postulasse, sed imprudenter potius
elegisse, cum ad optinen-
dum dispensationis bene-
ficium procedendum fuisset non per
electionem inhibitam, sed per pos-
tulationem permissam, elec-
tionem ipsam predicti canonis
auctoritate cassatam decrevimus
irritam et inanem, parcentes non mo-
dicum Wigorniensi capitulo, quod eis
nec penam infligimus expressam
in canone superiori, nec propter cras-
sam (?) ignorantiam quam non
allegant. Et quoniam post cassa-
tionem huiusmodi nobis fuit suppli-
catum ut dignaremur cum eo
misericorditer dispensare, suppli-
cationem que huiusmodi, quia nomine ca-
pituli non fiebat, cum non ad
postulandam dispensationem
sed petendam confirmationem
ipsius fuerint nuncii destina-
ti, ad presens non duximus
admittendam, decernentes
irritum et inane quicquid super
ordinatione ipsius episcopatus
ante susceptionem litterarum nostrarum
fuit attemptatum. ¶ Quod si
Wigorniense capitulum eundem
magistrum propter prerogativam virtutum
ipsius duxerit postulandum,
postulationem apostolice sedis pre-
sentare poterit. Ianuensi (?)
archiepiscopo, Placentino
et Bononiensi episcopis.
Cum inter canonicos Saonenses
super electione pontificis
questio verteretur, ad sedem apostolicam
P. subdiaconus Saonensis et .I. procurator
capituli accesserunt. Et propositum
fuit autem per procuratorem predictum
quod singuli requisiti de con-
sensu asserentes propositum ex-
cepto P. dicto subdiacono convenerunt,
quo insuper diu certa perma-
nente aliorum consensus redac-
tus fuit in scriptum publicum
consequenter. ¶ Ceterum pro parte altera
fuit propositum ex adverso quod cum.

Quoniam ... ex. prelator ... quod licet dissensio sit ... aliquando allegant contra alios: ibi dicit esse capituli ubi est maior pars et possunt constituere procuratorem et ille dicetur capituli procurator et in constituendo talem procuratorem non requiruntur singuli de capitulo sed cum illi qui sunt maior pars ... committetur ... singulorum nomina ibi ponentur aliis ignorantibus ... de his que fiunt a pre. sine con. ca. quanto ...

[illegible]

[illegible]

an. eēnt canoīci saoñ se inca
pitulo receperunt. De futuri
electione pontificis tractātu
ri. s. archidiacono archipres
bitero. preposito Ocāñ. asten. pro
situm fuit noīantibus a pfa
to. s. obviatum asserente i
ipm morbo epilentico la
borare. p quo aliā vice tanqˀ
inhabilis fuit recusatˀ nec ad
ecclesiam aliam transiri fˀ deb3
donec reperiretur ydoneus
i ecclā saoñ. et. ſ. ¶ Post hec
archipresbiter pᵃ altera pte decā
to ut dicebat litteris pmu
nitus ipse et. s. p pte sua
i mediolan. archiepm 9 p
mittere curaverunt. Qui ma
gistrum. G. medicen. canoīcā
eis dedit i epm et etiam cō
firmavit. et. ſ. ¶ Discretioni
. ure. &c. q̄ cum 9ster electio
nem de preposito memorato
a maiori et saniori pte capi
tuli celebratā fuisse pub
licatam et subscriptam si dic
tus prepositus eidem electio
ni 9senserit. ut primitiuum
9sensum eligentium et elec
ti q̄ 9iugale vinculum i
spūale est 9tractum. nisi suf
ficiens sit ostensum ipm
morbo epilentico laborare sˀ
quo contra ipm dicatur et
appellatum. vos nō obstāte
ap. obiectu si quˀ exceptis caūs
supius memoratis pposit
um prepositū. cui eas friuolas re
putem. electionē 9firmetis
ipsi nō obstante qd post
talem electionē ab pfato
arepo ppoitur eē fcm. et si ap
tibus i eum fuit 9pmissum.
cū electores a talī electione

sic resilire nequiuerint. qd
si electores illius nō 9pro
miserint i archiepm memo
ratum. et si dictus ppositus
nō cum electioni de se fcē
9senserit eo tn̄ 9sentire vo
lente dummodo a morbo
sit immunis obiecto. vos
electionem illius iudicō 9
firmetis. Idem preneſti
no. epo. ap. se. le.

Dilectorum ad audientiā
nrām qōne plata puenit
quod vacante ppositura co
neñ. eccle in duo se vota eli
gentium diuisissent. cām
iudicibus duximus 9mit
tendam et. ſ. Illi vero ptes
ad suam p. 9uocarunt. re
ceperunt testes exaīarunt
eligentium 9scias audie
runt allegationes utrimq.
et quia pposit sci georgij cor
sine se asserint nolle stare.
pcessum ad se. ap. destina
runt. et. ſ. ¶ Cumque nūcij
ppositi sedis aplīce statuto
termino ad nrām p. accessis
sent. ppositus sci georgij i
nec venit nec p se misit ȳ
doneum responsalem. et. ſ. ¶
Testis quˀ iudicium dilige
ter inspectis invenimˀ. q
p pposito sedis aplīce aucto
ritas. p pposito vero sci georgij
minus eligentium faciebat. cū
pmus a. xiiij. tn̄ psonis i
cū canoīcas qui aliis dig
nitate etate et sciē precedebant.
scds vero a. xxiiij. fuisset elec
tus. et. ſ. ¶ Cum autem alle
gationes pro dō pposito sci
georgij coram iudicibus
ipsis pposite nob nō fiunt p

[illegible]

uiolentiam impressione metuebant/ si citati non poterant uenire ad ecclesiam cathedralem ... [illegible]

[illegible]

sentate/ pro quod non potuimus
scire per nos quid obiectum
uel quid responderunt ad ob
iecta sic quod cum remissa
non fuit sufficienter instruc
ta, ad diffinitiuam sententiam
non duximus procedendum.
Sed decisionem cause ipsius com
misimus iudicibus sub hac
forma, ut uel si hoc notorium
esset uel per ea que iam dicta erant
constaret quod prepositus sancti geor
gii electionis tempore pateretur
uel in ordinibus uel in scientia uel eta
te defectum, qui eum iuxta
sanctiones canonum impediret
ad huius officium promoueri, ei non
obstante ipsius absentia
corporali silentium imponentes:
preposito sanctorum apostolorum prepositura
adiudicarent eandem, alio
quin cum in eum non solum
plures sed pene due partes con
uenerint et impedimentis ces
santibus appareat quod eum bo
no zelo elegerint, prepositi
sanctorum apostolorum electione cassa
ta electionem confirmarent
ipsius, et ei facerent tanquam preposito
respondere. Idem canonicis
maguntinis.

Bone memorie maguntinus
archiepiscopus uiam uniuerse carnis
ingresso et quibusdam petentibus
warmaciensem episcopum, quibusdam
uero nunc archiepiscopum uiennensem
tunc prepositum sancti petri magun
tini, sibi eligentibus in pasto
rem: prenestinensi episcopo sedis apostolice
legato dedimus in mandatis ut
si eundem episcopum quo ad temporalia
uel spiritualia recepisse con
staret ecclesiam maguntinam, uel
ministrasse in temporalibus uel spiritualibus
alibi: in eadem postulationem
factam de ipso irritam nuntia
ret et si demum inquireret de
electione ipsius archiepiscopi ueri
tatem et si ei de uita quam ipse et
sui meruebant constaret eo non
obstante quod post appellationem
ad nos interpositam fuerat in
ipsi electione processum, cum
alii qui ad nos appellationem
interposuere ne sine ipso ac sociis
eius iretur in electione processum
non duxerint defendendam, uti
cum ipsum lex exceptione non pre
sentem, quia frustra legis auxi
lium inuocat qui committit in
legem. unde nec ab eis posse
obici uidebatur quod idem
esset a paucioribus fere eorum assen
sionem electus, cum ipsi ad
nos appellatione legitime interposita
contempnentes et post uocationem
nostram recipientes episcopum me
moratum reddiderunt se in
dignos potestate electio
nem archiepiscopi confirmaret et c.

Licet autem esset notoria que
fuerant contra dominum warmaciensem
episcopum et eius fautores obiecta:
prefatus tamen legatus ad ma
iorem cautelam multos
testes recepit, ex ipsis preterea arch
iepiscopi productos, unde ipse iuxta
mandati nostri tenorem, processus
postulationem factam de warma
ciensi episcopo cassauit, et electionem
archiepiscopi memorati quamuis a
paucissimis celebratam cu
rauit auctoritate apostolica confirmare, ip
sumque ordinauit in presbiterum
et tandem in archiepiscopum consecrauit
et c. Contra legati uero pro
cessum hoc facere uidebatur
quod non citatis warmaciensi episcopo

[illegible]

et auctoritatem presumpsisset. ¶ Porro excessus notorius examinatione non indiget, et propterea quae a iudice sunt acta presumitur quod omnia rite fuerint celebrata, quamvis et quae acta non fuerint si possent de facili comprobari, quia negantis factum per rerum naturam nulla est probatio, cum et si quilibet de se posset asserere quod ad eum citatio minime pervenisset, singuli tamen ut sine exceptione isto testio singulares ad ipsum quorum legatum supervoluissent sequi potius sent procuratorem in eum destinasset sicut nuncium destinaverunt etc. ¶ Nos igitur per auctoritatem iudiciariam presumimus premissis quae acta sunt a legato, illi tamen plus innitimur rationi, quod adversarii suffraganei archiepiscopi ex tribus causis predictis se ius ad eo reddiderunt indignos, quod et eis non debebant audiri, unde quod de ipso factum fuerat non poterat impediri per eos. Cum etsi electores eiusdem propter delinquissent ut se reddidissent indignos, ad nos devoluta fuisset hac vice ordinatio ecclesie Magdeburgensis, quem dictum archiepiscopum sine iuris alicuius iniuria potuissemus eidem ecclesie preficere in pastorem. ¶ Super his igitur habito diligenti tractatu, cassa communi postulatione facta de Warmac' episcopo, ratam habemus electionem archiepiscopi confirmantes. ¶ Idem clericis sancte Agathes.

Querelam quam G. tituli sancti Vitalis presbyter cardinalis pro yconomo nunc ecclesie vicarius eius cardinalis et gubernatore ecclesie per presbyterum ecclesie sancti Salvatoris super ecclesia illa proposuit coram papa R. nobis immo nostro officio constitutis audiendam commisit. ¶ Petebat igitur idem yconomus prefatum P. ab ecclesia sancti Salvatoris, quam in preiudicium ecclesie sue ac iniuriam cardinalis predicti occupare presumpserat, removeri, cum ipsa ecclesia pertineat ad ecclesiam sancte Agathes pleno iure, petens pensionem XVI denariorum papiensium debitam ecclesie sancte Agathes per eandem ecclesiam sancti Salvatoris detinuisse et restitui de novo subtractam. ¶ Predictus vero P. respondebat quod ipse nullam iniuriam irrogaverat cardinali, nec in preiudicium ecclesie sancte Agathes receperat clericum ecclesiam sancti Salvatoris, cum haec ad illam nullo iure pertineat, nec aliquis sibi recipere aut refundere pensionem debeat, sed ipse per electionem populi, ad quem ab antiqua consuetudine pertinet, a quodam cardinali ecclesie Susanne, cui eadem ecclesia tanquam capella de suo titulo in spiritualibus est subiecta, canonice fuerat institutus. ¶ Nos igitur rationibus utriusque partis auditis dictum P. ab impetitione yconomi nostri super electione ac institutione de se facta in ecclesia sancti Salvatoris absolvimus, et super his prefato yconomo silentium duximus imponendum. ¶ Cum nobis constitit quod populus in quasi possessione presentandi clerici existebat, quando illum presbyterum ad illam elegit, et eadem ecclesia spectat ad titulum sancte Susanne et

[illegible]

presbyteris pleno iure salva questione super iure patronatus inter ecclesiam nostram et ipsum Sexdecim ecclesie sancti Salvatoris. Quia vero fuit inquisitum et comprobatum quod pensio xvi. denariorum papiensis monete fuit ecclesie vestre per dictos presbyteros ecclesie sancti Salvatoris continuis annuatim per multa tempora persoluta, sed de novo subtracta, nos memoratum statum et percipiendi ac percipiendi de huiusmodi ecclesia sancti Salvatoris in continuis ecclesiam vestram decrevimus manutenendam, et ad solutionem pensionis subtracte condempnantes presbyteros antedictos, salva questione proprietatis inter ecclesias memoratas. Idem.

Cum Wintoniensis ecclesia pastore vacaret, archidiaconus cum fautoribus suis Salesberiensem decanum, prior vero et complices eius decem precentorem Lincolniensis episcopum elegerunt. Licet vero omnes in communi de facienda electione tractaverint, quia tamen nequiverunt esse concordes in facto negocio, ad nos habuere recursum. Et hii quidem qui precentorem elegerunt ita asserebant quod illi qui decanum elegerant eligendi erant potestate privati, pro illa maxime causa quod hominem illegitime natum scienter presumpserunt eligere, contra Lateranensis concilii statuta, et eligendi hac vice perdidant potestatem et per triennium ecclesiasticis beneficiis carere debebant. Illi vero talia tenebant quod licet is quem elegerant fuisset non legittime natus, per gratiam tamen apostolice sedis legittimatus, pro meruit, et hoc asserebant hoc se legittime probaturos. Nos igitur attendentes quod isti post primam electionem admiserunt illos ad celebrandam secundam, et quod decanum xiiii memorati decrevit hii prescriptores una mecum dumtaxat eligendi potestate privatos, quam electio quam eorum nobis celebrare nolebant, non iam secunda sed tertia, ad eligendum illos cum suis fautoribus admittendos. Idem abbati et conventui R. et P. monachis fontis frigidi.

Post inquisitionem quam de mandato nostro fecistis super statu episcopatus et episcopi Tolosani, presentibus intelleximus quod Mascaron cancellarius iuratus asseruit se scivisse predictum R. olim Tolosanum episcopum et amicos illius ante suam electionem habuisse colloquium cum quibusdam canonicis nominatis expressis, eosque sollicitasse fratribus ut ipsum eligerent in episcopum, seque iurasse pariter audisse quod promiserat episcopus, recognovit in quorumdam canonicorum presentia se canonicis illis qui advocati fuerant sue electioni primum iurasse, tandem credens pro certo quod iuramento illo irretiti fuerint et prestitum, ut idem R. eligeretur ex pacto, et quod ipsemet post electionem eius cassatam domum episcopalem eius nomine detinebat, recipiens quosdam redditus et proventus quos de ipsius conscientia et consensu in eiusdem negociis expendebat. Cum igitur talem sciret episcopum eligendo sicut ille suo iuramento firmavit ecclesiasticis beneficiis se

[illegible]

[illegible]

recte dicitur indignum quem ge|nus et molestum quod Tolosanam
proposito in episcopum convenerit
electio, Ro. Mascaron in episco|pum dicitur substitutus. Quo
circa mandamus quatenus eundem ab officio
praepositurae penitus amoventes,
faciatis virum idoneum ad
officium illud assumi. Idem
priori sancti Fridiani et G. ca|nonico Lucano.

Cum tam querentem praepositum
dominum et B. canonicos sancti
Petri Lucani dicitur super eo
quod dictus presbyter Bonus a
maiori parte canonicorum electus
esse proponebatur, et quondam alio
contradicentibus in priorem sit quod
est electus, olim vobis du|ximus committendam etc. Et infra.

Quamvis autem multi priores
conventuum post annum in ipsa
ecclesia per multa et longa tempora
fuerint non professi, quia tamen praefa|tus presbyter B. non est professus
observantiam regularem, dubi|tatis non infirmo nobis praedecessore
institutis. Cum igitur non
debeamus attendere solum quod
factum sit, sed quod sit potius facien|dum, con. ii. c. 17 q. cum secundum le|gem divinam non sit in bove et
asino arandum, nec quisque
debeat vestem induere de la|na linoque contextam, irritetis
electionem praedictam, appellatis
praedictum presbyterum et alios quam electores
non professos ut vel beati Au|gustini regulam in eadem ecclesia
constitutam profiteantur, vel fuerit
aut ipsam ecclesiam omnino dimit|tant. Idem ... sancti Ste|phani in Cello monte Pisaro
... ap. se. ie.

Quod sicut ex litteris
tuis accepimus, cum ex prima elec|tione quae facta de duobus in discor|dia dicenda, potius nominatio inch|oata iuris acquisitum fuerit nomi|natis, neutra procedi potuit ad
electionem regularem celebran|dam praesertim in ecclesia Arma|chana, cum iuxta canonicas con|stitutiones si fuerit potius in ecclesia ca|thedrali electio debeat cele|brari. Nec archiepiscopus interposita
electionem illam potuit impe|dire, cum in ea nichil attemp|tatum fuerit in praeiudicium re|giae dignitatis, quia non simp|lex nominatio sed sollempnis
electio debet principi praesenta|ri ut postulatori praestet
assensum, et si secus aliquis per
usurpationem aliqui facia|nt abusive. Si autem
vindicare ... Caboas Meu|fontis qui interesse debuerunt
non contempti fuerint sed ad elec|tionem vocati, si tamen sine peri|culo potuerint evocari, sive
nequiverint, sive noluerint ad
electionem celebrandam accedere,
ipsorum absentia electionem
non potuit impedire. Quod
si eos non vocatos fuisse
constiterit sed contemptos, infir|manda erit penitus electio
taliter celebrata, nisi postea
pro bono pacis voluerint
consentire. Super eo vero
quod in die consecrationis
suae ante quam missarum sollemp|nitas finiretur a vobis or|dinavit, pro tali excessu eum
corripias et castiges, cum
solus Romanus pontifex, qui ante pri|mum angelicum consecratur, ...

[illegible]

[illegible]

modū ipē missaꝝ sollempnia incipit et pficit, cōsecratī in die cōsecrationis sue ualeat ordines celebrare. ¶ Ceterū quo quinto epīam et euangelium cōsecratur, qui cōsecrator celebrauit principaliter celebrauit et ne dicatur misterium unitatis nō debent tunc ordines celebrare. ¶ Preterea cum nō liceat archiepō sine pallio conuocare concilium, conficere crisma, dedicare basilicas, ordinare clericos, et epōs cōsecrare: mirum perfecto plurimum et qui antequam pallium reciperet clericos ordinare festinat, cum id nō tanquam simplex epūs sed tanquam archiepūs facere uidebatur. ¶ Quod autem tabulam argenteam dicitur uendidisse, cum in ecclesiam Armachanam reclamat in dampnum ecclesie minime ter poteris preterire, cum id decretum et ipsius processit uoluntate. Idem Colonien. epō et sanguineo et decano Albatib.

Auditis et intellectis meritis cause de duabus electionibus celebratis in ecclesia Valoceñ unā de .W. archid. et alterā de .R. subd. inuenimus utramque contra formam canonicā attemptatam. ¶ Cum enim in quintis uoluntatibus singulorum decanus cum paucioribus in ipsum .R. et cantor cum pluribus in eundem archid. conuenissent, solo cantore postmodum quondam aliis uidelicet magistro .R. de allegatis nominante ad nostram fuit audientiam appellatum, ne decanus qui primam electionem uocem habebat ad electionem procederet sine consensu totius capituli maioris et sanioris partis ipsi. Ipse uero decanus nō habito consensu maioris partis capituli set longe minoris subito in electionem prorupit appellans ne quis contra ipsam aliquid attemptaret. Quamuis assereret quod electioni de archidiacono nō fecerant plures assensum, cum tamen ex postfacto nequiuit conualescere quod ab initio nō ualebat, quoniam electio que fuerat irrita ipso iure per sequentem consensum maxime appellatione pendente nō poterat esse rata. ¶ Cum eis igitur ad nostram presentiam redeuntibus cantor et alii qui remanserant in capitulo post illam electionem nondum cassatam et appellationem ad nos interpositam a nobis ac de archi. recedentes de nouo prepositum Susaciensem eligere presumpserunt. ¶ Nos igitur electionem utramque duximus irritandam. Idem Lgnidis sine et Wellepri̇ce albiis.

Nouis et cum capitulum Colonien. ecclesie ad tractandum de electione epī conuenissent, duos elegerunt ut quilibet de capitulo eorum eligerent electores, qui prestito iuramento de substituendi pontificis electione tractarent et a singulis de capitulo statutum est et concessum, ut illum quem concorditer tres ex eis eligerent ab eis si persona esset ydonea per eos sine contradictione qualibet reciperetur. ¶ Postmodum uero cum a predictis duobus quilibet electores electi fuissent et ad tractandum de electione se recessissent in partem et nō

[illegible]

possent omnes in unam concordare personam. Tres ex eis convenerunt in episcopum Cenomanensem, et deinde electionem quam de episcopo postulando fecerant capitulo publicaverunt, ac reliqui duo tertia die cum paucis de capitulo reliquis absentibus elegerunt archidiaconum Agatensem. Et infra. Nunciatum pro parte archidiaconi extitit coram nobis quod cum predicti quinque electores seorsum de electione tractantes inter se dissiderent, ita quod contemptis prioribus vocibus eorum aliis fratribus qui in capitulo remanserant audire noluissent, capitulum ipsos propter huiusmodi contemptum omnes suspectos habentes ad eos duos de canonicis destinarunt, per quos inhibuerunt eis ex parte universitatis ne ulterius ipsi procederent, et tam potestatem eligendi quam eis commiserant revocarunt, mandantes eis ut redirent ad capitulum et pariter cum aliis fratribus de electione tractarent. Huiusmodi revocationi duo ex eis electoribus adhibentes consensum, reliquis tribus non consentientibus, ad ipsum capitulum sunt reversi, sed alii tres usque ad fores capituli subsecuti ab eis premoniti dicere ... servarunt. Capitulum vero cum tota die illa ipsorum presentiam expectasset, subsequenti die campanam pulsari fecerant sicut moris est, capitulum congregatum, et predictis tribus cum paucis complicibus suis se se contumaciter absentantibus, fere cum maiori et saniori parte capituli elegit in episcopum archidiaconum supradictum. Et infra. Quia vero postulatio de episcopo Cenomanensi facta erat per eos in quos totum capitulum eligendi transtulerat potestatem, pro quo unanimiter de consensu totius capituli intelligitur esse factum, quam cum res non esset integra, quia iam in tractatu processerant electores, capitulum minime potuit revocare, electionem ipsius archidiaconi et cetera duximus irritandam. Et cetera. Quocirca quod si personam ipsius episcopi utilem et necessariam inveneritis ad regimen ecclesie Tolosane, et idoneam tam scientia quam vite conversationis exemplo ad hereticorum pravitatem de Tolosana diocesi extirpandam, que ibi per negligentiam prelatorum miserabiliter et dampnabiliter hactenus pullulavit, cum eundem ad ecclesiam Tolosanam pro urgenti necessitate et eorum utilitate eius licentiam tribuatis.

Idem episcopo Florentino.

Cum ecclesia Wulterana de debito canonicorum obsequio longo tempore fuisset destituta, Wulteranus episcopus volens in ministrorum defectum in eadem ecclesia restaurare clericos, canonicos quosdam elegit et instituit in eadem, quos canonici recipere noluerunt, asserentes quod talis electio fuerat in eorum preiudicium attemptata. Et infra. Mandamus quatenus super primo articulo petitionis episcopi in quo postulavit a te ut canonicos ab iniuria quam ei super electione canonicorum Wulterane ecclesie inferunt prohiberes, ab impetitione ipsius eosdem canonicos absolvere non postponas, quia non videtur iniuriam facere qui utitur iure suo, cum per

[illegible]

testes longe melius sit probatum, quod canonici supradicti hoc iure usi fuerint, antequam episcopus memoratus. In secundo quorum articulo quo idem petebat episcopus, ut dicti canonici ipsum iure electionis uti libere paterentur, absolvendo studeas, et canonicos sepedictos, maxime si sit notorium, quod in Tuscia et generaliter consuetudo fuerit, ut in cathedralibus ecclesiis soli capitulo irrequisito episcopo eligendi canonicos tribuat facultatem. Idem albi sancti Victoris. decano Parisiensi magistro.

De Morinensi canonico Morinensi.

Cum dilectus filius archidiaconus Morinensis et secta Morinensis episcopalis sedis destituta canonici electionem de pastoris substitutione tractantes in tres canonicos Morinensis potestatem eligendi episcopum unanimiter contulerint, promittentes ut illum reciperent in pastorem quem de gremio ipsius ecclesie ducerent eligendum. Qui examinatis per modum voluntatibus singulorum, archidiaconum ecclesie in episcopum elegerunt; metropolitanus quorum tamen electionem, quamvis electi personam examinans, quamvis etiam super ipsius etatis defectu ab aliquibus fuerat dubitatum inquirens sollicite veritatem, per sententiam declarando electum ipsum minime sustinere in etate defectum, electionem de ipso factam sollempniter confirmavit. Et cum idem qui dicitur electum venerat memoratum, posuit ex adverso quod cum superdictis tribus et sub hac forma fuit eligendi concessa potestas, ut capitulum eum recipere teneretur, quem illi tres ab omnibus vel a maiori et saniori parte de gremio ipsius ecclesie nominatum eligerent in pastorem, electores ipsi terminos potestatis sibi tradite transeuntes prefatum archidiaconum eligere presumpserunt, quem pauci de capitulo nominarant, unde canonici Morinensis postmodum admirantes quod idem archidiaconus electus fuerat memorati, cum plures essent in eadem ecclesia digniores, ceperunt omnes fere publice appellationem proponere, quod nullatenus archidiaconum nominarant, reputantes se in hoc preter electos, quod super hoc factum fuerat ad nos curaverunt appellatione referre etc.

Nos vero quia res suspiciosa existimo esset, si per suspectorem astuciam quis ascenderet ad apicem dignitatis, ita duximus providendum, ut a dictis electoribus prestito iuramento, quod ipsi malitiose dictum prefatum electum non moveant, huiusmodi quod omnes predicti tres electores iuramento vicedominus asstringant de veritatem, quot ex canonicis ex his coram eis tempore ipsi in prefatum archidiaconum convenerunt, et si tres sive saniori duo saltem ex ipsis iurati dixerint maiorem partem canonicorum in prefatum archidiaconum convenisse, vos cum electoribus sententiam imponatis, cum et hoc eorum esset probatio insufficiens, eo quod singuli essent in suis testimoniis singulares. Si vero per eorum depositiones constiterit sepedictum archidiaconum extitisse a paucioribus nominatum.

[illegible]

arbitrio iudicis cum certa pena hic statuta non sit. ff. de iur. deli. l. i. et de acc. sup his. et ff. de off. del. de cris. sic hic quod aliquis obligaret se sub pena beneficii sui. et de fal. scr. c. ult. Item obligatur aliquis sub pena ordinis ut in machabeis. i. q. vij. quicumque corde. et de c. di. ij. ego berengarius. Item et sub alia pena pecuniaria xxvi. di. c. xxv. q. ij. quemquam

se meliorem ut se eligeret ut dic quod tamen ipse intelligitur exceptus quia in generali sermone persona loquentis non comprehenditur. C. de solu. magnifice. ff. de don. et demon. l. qui hered. § ult. de hoc pr. et de iur. iur. petitio. consentiat. quod si uult consentire et persona sua opponitur inter eligentes. ar. ff. quod cuiusque uniu. l. planeat. ff. de ad op. l. si consilii. Sic

tamen si fuit sufficienter ostensum quod illum de gremio ecclesie eiusdem secundum formam sibi traditam debebant eligere in quem omnes uel maior uel sanior pars capituli conuenirent, uos electionem ipsius archiepiscopi omnino cassetis. alioquin quod de ipso factum est ratum habentes contradictores ab eius impetitione per censuram ecclesiasticam compescatis. Prefatum B. prebenda moniti esse spoliantes, qui se ad hanc penam si forsan in probatione defeceret obligauit: non obstante quod super etatis defectu obiectum fuit contra eum, cum idem canonicus huic obiectioni non multum institerit, et super hoc a metropolitano fuit iudicatum, cuius sententia in rem transiit iudicatam, cum infra decendium non fuit legitima prouocatione suspensa.

Idem episcopo Vaioren.

Cum in iure peritus existas, et sicut primus tue consultationis articulus continebat, quod cum quidam esset decano defuncto eiusdem loci capitulum sub hac forma in vii. ex ipsis canonicis compromisit, ut cum quem exsequeretur ex aliis de gremio ecclesie ipsi omnes pariter uel maior eorum pars nominaret, idem capitulum reciperet in decanum; uerum cum unus ex illis vii. arbitris eorum et alius qui non erat de numero eorundem arbitrorum ab aliis in decanum fuerint nominati, requisisti uter eorum assumi debeat in decanum. Super quo taliter respondemus, quod is qui de numero vii. arbitrorum eorum dignoscitur nominatus iuxta compromissi tenorem debet in decanum assumi, dummodo electioni de se facte consentiat, et aliquid canonicum non obsistat.

Idem duci Zaringie.

Venerabilem. et infra. Inter cetera uero quidam principes hoc precipue obiectionis sue dicentes, quod apostolice sedis legatus aut electoris gessit aut cognitoris personam: si electoris, in messem alienam misit falcem suam, et electioni se ingerens principum derogauerat dignitati; si cognitoris, altera parte absente indebite processisse uidetur, cum citata non fuerit, et ideo non debuit contumax iudicari. et infra. Uerum illis principibus ius et potestatem eligendi regem in imperatorem postmodum promouendum recognoscimus, ut debemus, ad quos de iure ac antiqua consuetudine noscitur pertinere; presertim cum ad eos ius et potestas huiusmodi ab apostolica sede peruenerit, que romanum imperium in personam magnifici Karoli a grecis transtulit in germanos. Sed et principes recognoscere debent, et utique recognoscunt, sicut iidem in nostra recognouere presentia, quod ius et auctoritas examinandi personam electam in regem et promouendam ad imperium ad nos spectat, qui eum inungimus, consecramus et coronamus. Est enim regulariter et generaliter obseruatum, ut ad eum examinatio persone pertineat, ad quem impositio manus spectat. Numquid enim si princi-

de numero de se eligere poterunt. ar. c. viii. q. i. in scripturis. sed ... credo quod a se ipso uidetur electus et hic tenuit electio secundum formam compromissi ... iuxta compromissi tenorem. sic. et de elect. c. ult. ... si in compromisso ... non potest se eligere. et de iure. pa. ... Qui dicam? quod nemo de ... se et viii. q. i. in scripturis. dixit quidam quod si in talem eligere meliorem et ipse esset melior et potest eligere se. sed tamen in ... nec honestum quod se eligeret sit ambitiosus et ... et ideo repellendus ... in scripturis ... talis potestas ... sicut ...

sor eius subsituitur lodouico regi francorum quem de posuit de quo legitur xv. q. vi. alius. et tercio illa facta est anno domini ... lvi. quod karolus coronatus est a leone papa iii. elapsis post hoc xv. annis. in germanos. sic ergo regnum mundi translatum est ad theutonicos. nam ipsi habent regimen ... de c. di. v. in die. et sic patet quod imperium nomen a grecis ... largo nomine appellatur imperator. et de maio. et ob. solite. sicut et rex ... quoniam ... non est in plurimum ... q. i. § sed illud. est ergo imperator ... super omnes reges. vii. q. i. in apibus. et omnes nationes sunt sub eo. xi. q. i. c. sed si quis. v. uolumus. ipse enim est princeps mundi et dominus. ff. ad l. rod. de iac. ...

[illegible]

pes nõ solum in discordia sed et in concordia sibi eligunt quemcumque vel excōicatum in regem tyrannum vel fatuum hereticum eligerent aut paganum. nos inungere consecrare aut coronare hominem huiusmodi deberemus absit omnino. Obiectioni quoque principum tradentes respondimus quod legatus noster approbando regem et reprobando ducem nec electoris gessit personam ut pote qui nec fecit aliquem eligi nec elegit nec cognitoris cum neutrius electionem quo ad factum eligentium confirmandam duxit aut infirmandam. Sed exercuit aut denuntiatoris officium quia personam ducis eidem denuntiavit indignam et personam regis idoneam quo ad imperium obtinendum. nõ tamen propter studia eligentium quia plura electorum quam vel tamen plures exstiterunt qui eligendi regem in imperatorem promovendum de iure ac consuetudine optinent potestatem consensisse perhibeantur in ipsum regem et ex eo quod fautores ducis absentibus aliis et contemptis ipsum eligere presumpserunt ut pateat eos perperam processisse cum electioni plus contemptus unius quam contradictio multorum obsistat. et infra. Nos itaque non ducem sed reliquum reputantes et nominamus regem iustitia exigente. et infra. Quod iam si in electione nota principum dividuntur post ammonitionem et expectationem

aliquam partem favere possimus maxime postquam a nobis unctio consecratio et coronatio postulantur, sicut utrique patet parti et exemplis multis. quando enim si principes ammoniti et expectati vel non potuerunt vel noluerunt convenire sedes apostolica advocato et defensore carebit eorumque culpa ipsi redundabit in penam. Sciunt autem principes quod cum Lotharius et Conradus in discordia fuissent electi Romanus pontifex Lotharium coronavit et imperium obtinuit coronatus eodem Conrado tunc demum ad eius gratiam redeunte. Eos vero duximus commonendos ut a prefato duce iusto quidem a nobis iudicio reprobato recedant et prefato regi non adhereant nisi tunc demum de persona vel factum legitimum quod ab eis obiectum fuit et ostensum. et infra. Sunt in notoria impedimenta ducis, scilicet excommunicatio publica, periurium manifestum, persecutio divulgata, quam progenitores eius et ipse presumpserunt in apostolicam et alias ecclesias exercere. Fuit quoque apostolice excommunicationis vinculo innodatus quod postmodum recognovit dum privatim sibi absolutionis beneficium postulavit, unde patet quod fuit excommunicatus electus. et idem est periurium manifestum super quo nec calumnia sedes apostolica requirit cum ambitionis vitio regnum sibi presumit usurpare presumpsit cum super illo iuramento prius

[illegible]

Coram .c. j. in prouincia. hic uidetur expressum quod omnes illi et solum qui sunt in prouincia uocandi sunt ad electionem. et per hoc uidetur sic intelligendum si sunt in prouincia. j. e. quia propter. de hac materia no. vij. q. j. factus. Et quod dicit in prouincia sic est intelligendum si sunt in prouincia ita propinqui quod commode possint uocari. cum sunt uocandi. quia si prouincia esset multum lata et longa non deberent uocari. s. e. cum inter uniuersos. sed uos nisi si recte est prouinciam et propinqui quod tunc uocandus esset. j. e. c. per. ubi fuit uocatus qui extra prouinciam erat. et regni cum et ecclesia diuisionis sunt prouinciarum. et ita nec dico uocandos omnes de prouincia nisi qui commode possunt uocari. nisi consuetudo sit quod omnes uocentur. j. e. ingenere. si. nec dico quod omnes de prouincia sunt uocandi per capitulum sed in talibus uocationibus potius statur consuetudini ut absentes uocentur uel consuetudinem unius ecclesie per eccl. et hic consuetudo erat quod omnes de prouincia uocarentur ut est in capitulo ingenere. s. v.

Quoniam ecclesia dei sicut pia mater providere tenetur ne pauperibus qui parentum opibus iuvari non possunt legendi ac proficiendi opportunitas subtrahatur, per unamquamque cathedralem ecclesiam magistro qui clericos eiusdem ecclesie et scolares pauperes gratis doceat competens beneficium aliquod prebeatur. Preterea pro docendi licentia nullus pretium exigatur vel sub obtentu alicuius consuetudinis ab eis qui docent aliquid queratur, nec docere quemquam qui sit idoneus petita licentia interdicat. Qui autem venire contra presumpserit ab ecclesiastico fiat beneficio alienus. Dignum quippe esse videtur ut in ecclesia dei fructus sui laboris non habeant qui cupiditate animi vendendo licentiam docendi ecclesiasticum profectum nititur impedire. Alexander III Wintoniensi episcopo.

Prohibeas ne [illegible] episcopo. Pro licentia tua pro licentia docendi exigatur aliquid aut etiam promittatur, et si quid uero pro ea solutum fuerit uel promissum, remitti promissum facias et restitui appellatione cessante solutum, sciens quod scriptum est: gratis accepistis, gratis date. Sane si quis duxerit magistros in locis congruis instituere, tibi liceat appositis ibi aliquorum instructioni preficere viros idoneos, providendo

docendi. Idem.

Quanto Gallicana ecclesia [...] dignos esse ad eorum visionem censemus qui nomen magistri scolarum et dignitatem assumunt et sine certo precio ecclesiasticis viris docendi alios licentiam non impendunt. Cum autem hec prava consuetudo a cupiditatis radice processerit et decorem et modum ecclesiastice honestatis confundat, consuetudinem ipsam de universis ecclesiis extirpandam sub anathematis interminatione decrevimus, districte precipientes ut quicumque viri idonei et litterati voluerint regere studia litterarum, sine molestia et exactione qualibet scolas regere permittant. Si qui vero huius prohibitionis vel precepti extiterint transgressores, eos officiis et dignitatibus spolietis. Innocentius III in concilio generali.

Quia nonnullis propter inopiam et legendi studium et opportunitas proficiendi subtrahitur, in Lateranensi concilio pia fuit institutione provisum ut per unamquamque cathedralem ecclesiam magistro qui clericos eiusdem ecclesie aliosque scolares pauperes gratis instrueret, aliquod competens beneficium preberetur, quo docentis relevaretur necessitas et via pateret discentibus in doctrinam. Verum quoniam in multis ecclesiis id minime observatur, nos predictum roborantes statutum adicimus ut non solum in qualibet cathedrali ecclesia sed etiam in aliis quarum sufficere poterunt facultates constituatur magister idoneus a prelato cum capitulo seu maiori

[illegible]

[illegible gloss]

ut et alios in parte capituli eligendus, qui clericos ecclesiae ipsius et aliarum gratis in grammatica facultate et aliis instruat iuxta posse. Sane metropolitana ecclesia theologum nihilominus habeat, qui sacerdotes et alios in sacra pagina doceat, et in his praesertim informet, quae ad curam animarum spectare noscuntur. Assignetur autem cuilibet magistrorum a capitulo unius praebendae proventus, et theologo a metropolitano tantumdem, non quod propter hoc efficiatur canonicus, sed tamdiu reditus ipsos percipiat, quamdiu perstiterit in docendo. Quod si forte de duobus ecclesia metropolitana gravetur, theologo iuxta modum praedictum ipsa provideat; grammatico vero in alia ecclesia suae civitatis sive dioecesis, quae sufficere valeat, faciat provideri. Honorius III. Super specula. Et infra. Volumus autem ut statutum in generali concilio de magistris theologis per singulas metropoles statuendis inviolabiliter observetur, statuentes ut, quia super hoc caritate maiori se possent forsitan aliquando excusare, ab ecclesiarum capitulis et praelatis ad theologicae professionis studium aliqui docibiles destinentur, qui cum docti fuerint, in dei ecclesia velut splendor fulgeant firmamenti, ex quibus postmodum copia possit haberi doctorum, qui velut stellae in perpetuas aeternitates mansuri ad iustitiam valeant plurimos erudire. Quibus si proprii proventus ecclesiastici non sufficiant, praelati necessaria subministrent. Et infra. Docentes vero in theologica facultate dum in scholis docuerint, et studentes in ipsa integre per annos quinque percipiant de licentia sedis apostolicae proventus praebendarum et beneficiorum suorum, non obstante aliqua alia consuetudine vel statuto, cum denario fraudari non debeant in vinea domini operantes. Ex. xx. Matth.

De iudaeis et sarracenis et eorum servis. Rubrica.

Praesenti decreto sancimus ut nullum mancipium christianum iudaeo fiat, sed datis xii. solidis pro quolibet bono mancipio ipsum quicumque christianorum seu ad ingenuitatem seu ad servitutem licentiam habeat redimendi, quia nephas est quem Christus redemit blasphemi Christi in servitutis vinculis detinere.

Gregorius IX. episcopo Lucensi. Multorum ad nos. Et infra. Nulli iudaeo liceat christianum mancipium in suo dominio retinere, sed si qua apud eos inventa fuerint, libertas eis fiet. Et infra. Illos vero qui in possessionibus eorum sunt, licet legum districtione sint liberi, quia tamen colendis terris eorum diutius adhaeserunt, ut potestate dominii locis debentes ad colenda rura remaneant et consuetas pensiones praebentes praedictis viris, cuncta quae de colonis vel originariis iura praecipiunt peragant, et nihil eis extra hoc oneris indicatur. Et si quis christianum de iudaeis vel ad alium transferre locum vel ad a[lium]

[illegible gloss]

[illegible]

illud obsequium retinere
noluerint ipse sibi imputet
qui ius colonarium et eius
dominium sibi iniuris servitute
damnavit. Idem.

Iudaei de civitate et sicut
legalis diffinitio iudaeos no-
vas non patitur erigere
synagogas: ita eos sine in-
quietatione veteres habere
permittit. Alexander III.

Quia super his etc. gra-
tut iudicias ne iudaei ho-
stia vel fenestras in die pa-
rasceue aperta non habeant sed
clausa teneant tota die.

Ex conc. Lat.

Iudaei seu Saraceni nec
sub alendorum puerorum suorum ob-
tentu nec pro servitio nec alia
qualibet causa christiana mancipia
in domibus suis permittantur habere. Ex-
communicentur autem qui cum eis
praesumpserint habitare. Et infra. Si
qui praeterea deo inspirante ad
fidem se converterint christianam a
possessionibus suis nullatenus ex-
cludantur cum melioris conditionis
ad fidem conversos esse oporteat
quam antequam fidem susceperant
habebant. Si autem secus
fuerit factum principibus seu pote-
statibus eorundem locorum iniungimus
sub poena excommunicationis ut portionem
hereditatis suae et bonorum suorum
ex integro eis faciant exhiberi.

Idem in conc. Lat.

Ita quorundam animos occu-
pavit saeva cupiditas ut
qui glorientur nomine christiano Sar-
racenis arma ferrum et li-
gamina deferant galea-
rum et pares aut etiam superiores in
malitia fiant ut dum ad
impugnandos christianos arma eis
et necessaria subministrant. Et
sunt qui pro cupiditate sua
in galeis et piraticis Sarace-
norum navibus regimen et curam
gubernationis exercent: tales
ab ecclesiastica communione prae-
cisos et excommunicationi subiec-
tos rerum suarum per principes ca-
tholicos et consules civitatum
privatione mulctari et capi-
entium fieri suos censemus.
Praecipimus etiam ut per ecclesias ma-
ritimarum urbium crebra et sollem-
pnis in eos excommunicatio proferatur.

Consuluit nos. Idem.

Iudaeos novas construere syna-
gogas ubi non habuerunt pati
non debes; verum si antiquae corru-
erint vel ruinam minantur
ut eas reaedificent potest aequa-
nimiter tolerari, non autem ut
eas exaltent aut amplio-
res aut pretiosiores faciant
quam antea fuisse noscuntur;
qui utique pro magno debent
habere quod in veteribus synagogis suis
observantiis tolerentur. Idem.

Ad haec omnibus christianis qui
sunt in iudaeorum mancipio penitus
interdicatis et [illegible] dis-
[illegible] ne iudaeorum famulos
se assidue pati quam mercede ex-
ponant, quia et obstetricibus et
nutricibus eorum prohibere curetis
ne infantes iudaeorum in eorum do-
mibus nutrire praesumant. Et
Quia iudaeorum mores et nostri
in nullo concordant, et ipsi de fa-
cili ob continuam conversationem
et assiduam familiaritatem
ad suam superstitionem et per-
fidiam simplicium animos in-
clinarent. Clemens III.

[illegible]

[illegible]

Sicut iudei etc. Statuimus ut nullus invitos et nolentes iudeos ad baptismum venire compellat. Si quis vero ad christianos causa fidei confugerit postquam voluntas eius fuerit patefacta christianus absque calumpnia efficiatur. Quippe christi fidem habere non creditur qui ad christianorum baptismum non spontaneus sed invitus cogitur pervenire. Nullus etiam christianus eorum quilibet sine iudicio terrene potestatis aut vulnerare vel occidere vel suas pecunias auferre presumat, aut bonas quas hactenus habuerint consuetudines immutare. Preterea in festivitatum suarum celebratione quisquam fustibus vel lapidibus eos nullatenus perturbet, neque aliquis ab eis coacta sibi servicia exigat, nisi que ipsi preterito tempore facere consueverunt. Ad hec malorum hominum pravitati et avaricie obviantes decernimus ut nemo cimiterium eorum iudeorum mutilare aut invadere audeat, sive obtentu pecunie corpora humata effodere. Si quis autem huius decreti tenore cognito quod absit contraire presumpserit, honoris et officii sui periculum patiatur aut excommunicationis sententia plectatur, nisi presumptionem suam digna satisfactione correxerit. Idem.

Quam sit laudabile et quam sit expers periculi omnibus annuentes tibi tuisque sociis ad predicandam christi fidem paganis exhibitis apostolica auctoritate concedimus ut nobis his clericis cum modestia et gratiarum actione servata tempore qualitate [illegible] sanctiones ut liceat qui nobis ab ipsis infidelibus exponitur insuper in diligentiis ut que alii religiosi seu clerici pro convertendis ad amandum gentibus evangelicam veritatem regressi exhibita prelatorum suorum licentia tibi volumus adhoc [illegible] absolutione quibus liberam habeant exsequendi auctoritate apostolica facultatem.

Significavit nobis. Idem. Fraternitas tua quod aliqui tuorum civium in Alexandriam valeant pro facultati precipuandis concivibus suis qui illic in captivitate tenentur habere arbitrium licere posse ferrum in navibus suis vel alio modo illuc deferant, vel possint in sarracenis excepto redemptionis articulo aliquo commodum vel subsidium pervenire, quod et coram te iuramento firmabunt. Illi qui post treugam in christianos populos factam cum comitio Alexandriam advenerunt, si detulerint in eos prohibitas causa lucrandi, excommunicationis vinculum non evadunt, sicut nec illi qui ipsos omnes prius non euntes in eos eis prius illos destinarunt. Ad ultimum illos qui iuraverunt se amplius in terram sarracenorum et maxime [illegible] nisi pax esset inter christianos et ipsos, et post treugam factam venerunt illuc eo dicto illa de pace ante treugam habita ab excommunicationis vinculo non absolvimus. Idem.

Quod olim preceptum fuit etc. Sane licet sit fuit in concilio Lateranensi districtius inhibitum, nos tamen in excommunicationi supponimus qui amplius cum sarracenis in eorum minime habuerint vel per se vel per alios navibus seu quocumque alio m-

[illegible]

genio eis aliquid in subsidia
seu consilia quamdiu inter nos
et illos guerra duraverint du
xerint imputanda. Item.
... nec per vos nec per
alias naves nec alio quocum-
que modo aut ingenio eis machina-
menta consilia vel alia subsidia
transmittatis ne si aliquis in
sua malicia duraverit secus a-
gere presumpserint non solum ipso
iure incidant in excommunicationem illam
verum etiam dei iudicium in-
currant. Innocentius III. archiepiscopo
senonensi et episcopo parisiensi.

Etsi iudeos quos propria
culpa submisit perpetue servitu-
ti pietas christiana receptet et su-
stineat cohabitationem eorum igi-
tur tamen nobis esse non debent ut red-
dant christianis pro gratia contumeliam
et de familiaritate contemptum.
qui tanquam misericorditer in nostram fa-
miliaritatem admissi nobis
illam retributionem impendunt
quam iuxta vulgare proverbium
mus in pera serpens in gremio et
ignis in sinu suis consueve-
runt hospitibus exhibere. Ac-
cepimus autem quod iudei faciunt
christianos filiorum suorum nutrices
et quod non tantum dicere sed et nephandum
est cogitare cum in die resurrectio-
nis dominice illas recipere corpus
et sanguinem ihesu christi contigerit per
triduum antequam eos lactent lac
effundere faciunt in latrinam. alia
insuper contra fidem catholicam
detestabilia et inaudita commit-
tunt propter que fidelibus est verendum
ne divinam indignationem in-
currant. Cum eos perpetrare
paciuntur indigne que fidei nostre
confusionem inducunt. Et in ...

habeant et ne de cetero nutrices et
servientes habeant christianos ne fi-
lii libere filiis famulentur ancille sed tanquam
servi a domino reprobati in cuius mor-
tem nequiter coniurarunt se saltem per
effectum operis recognoscant servos
illorum quos christi mors liberos
et illos servos effecit etc. Si
vero nutrices et servientes dimise-
rint christianos sub excommunicationis pena in-
hibeatis omnibus christianis districte
ne cum eis commercium aliquod aude-
ant exercere. Idem.

Postulasti quid tibi de iudei
pro quo debeas qui manus iniecit
in quendam clericum violentas. Ad
quod breviter respondemus quod si dominus iudeus tue
iurisdictionis existit ipsum pena
pecuniaria punias vel alia
sicut consuevit temporali leso faciens
satisfactionem congruam exhiberi.
Alioquin dominum eius moneas et in-
ducas ut passo iniuriam et ec-
clesie ab eo satisfieri faciat com-
petenter. Quod si dominus eius neglexerit ad-
implere tu christianos per censuram ecclesiasticam
ne cum ipso iudeo aliquod satisfa-
ciat presumant commercia exercere.
Idem in concilio generali.

In nonnullis provinciis a christia-
nis iudeos seu sarracenos ha-
bitus distinguit diversitas.
Sed in quibusdam sic quedam
inolevit confusio ut nulla differentia
discernantur. Unde contingit interdum
quod per errorem christiani iudeorum seu
sarracenorum et iudei seu sarra-
ceni christianorum mulieribus commisceantur.
Ne igitur tam dampnate commix-
tionis excessus per velamen er-
roris huiusmodi excusationis
possint habere diffugium statuimus
ut tales utriusque sexus in omni christi-
anorum provincia et omni tempore qua-

Ad liberandam. et infra. excommunicamus. nos. Jo. sic. s. e. ita. c. quod olim. privatione. hoc totum habes. s. e. ita. totum quod excommunicatos totum quod lucratum quod ad eos pervenit ex hoc commercio debent dare in subsidium terre sancte. magis de suo hoc fecimus et est similis etiam ubi ut in eo quod totum dupli restituit. j. de iniur. consuluit. xxiii. q. iii. puniantur. et c. sequitur. talibus simoniace quod in more ...

Vide c. i. in fi. s. de sti. re. eique. s. de cal. c. ii. ff. de penis. l. ea... ff. de pos. bona fides. j. fa. in fi. v.

Ex speciali. et infra. generali conc. s. e. c. ii. cum sit. et liiii. di. nulla. Non suspectum. qui fidelis et sine fraude illud officium exerceat ne forte servis christianis sicut elias et ceteris qualis fuit ioseph de quo habes. xxiii. q. ii. ait qui fuit dispensator pharaonis.

Pro illis. et infra. fine. s. e. t. l. et ii. et cum deo ... animo quod eo voluntas ipsius fuit patefacta quod vellet ad christum et unitatem modis

tate vitus publice ab aliis populis distinguentur. In diebus autem lamentationis dominice passionis in publicum minime prodeant eo quod nonnulli ex ipsis talibus sicut accepimus diebus ornatius non erubescunt incedere ac christianis qui sacratissime passionis memoriam exhibentes lamentationis signa pretendunt illudere non formidant. Hoc autem districtissime prohibemus ne in contumeliam creatoris prorumpere presumant. Et quoniam illius dissimulare non debemus obprobrium qui probra nostra delevit, precipimus presumptores huiusmodi per principes seculares condigne animadversionis adiectione compesci, ne crucifixum pro nobis aliquatenus blasphemare presumant. Idem in eodem.

Cum sit nimis absurdum ut blasphemus in christianos vim potestatis exerceat quod super hoc toletanum concilium provide statuit, nos propter transgressorum audaciam in hoc generali concilio innovamus, prohibentes ne Iudei in publicis preferantur officiis quum sub tali pretextu sint christianis plurimum infesti. Si quis autem eis tale officium commisit per provinciale concilium quod singulis annis precipimus celebrari monitione premissa districtione congruenti compescatur. Officiali vero huiusmodi tamdiu christianorum communio in commerciis et aliis denegetur donec in usus pauperum christianorum secundum providentiam diocesani episcopi convertatur quicquid fuerit a christianis adeptus occasione officii sic suscepti. Et officium cum pudore dimittat quod irreverenter assumpsit. Hoc idem extendimus ad paganos. Idem.

Ad liberandam terram sanctam. et infra. Excommunicamus et anathematizamus illos falsos et impios christianos qui contra ipsum Christum et populum christianum Saracenis arma ferrum et lignamina deferunt galearum eos etiam qui eis galeas vendiderint vel naves quique in piraticis Saracenorum navibus curam gubernationis exercent, vel in machinis aut quibuslibet aliis aliquod eis impendunt consilium vel auxilium in dispendium terre sancte ipsosque rerum suarum privatione mulctari et capientium servos fore censemus. Precipientes ut per omnes urbes maritimas diebus dominicis et festivis huiusmodi sententia publice innovetur et talibus gremium ecclesie non aperiatur nisi totum quod ex commercio tam damnato perceperunt et tantundem de suo in subsidium terre sancte transmiserint, ut equo iudicio in quo deliquerint puniantur. Quod si forte solvendo non fuerint sic alias reatus talium castigetur quod in pena ipsorum aliis interdicatur audacia similia presumendi. Gregorius IX Astoricensi et Lucensi episcopis.

Ex speciali quam erga illustrem regem Portugalie gerimus caritatis affectu et infra. Mandamus quatenus ipsum regem inducatis ne in officiis publicis Iudeos christianis preficiat sicut in generali concilio continetur. Et si forte christianos suos Iudeis vel paganis christianis tunc deputet de gravaminibus inferendis christianis vel eorum non suspectum per quem Iudei sive Saraceni sive christianorum iniuriam

fidem christi impugnare videntur plus puniuntur quod tandem pro pena dare compelluntur in subsidium terre sancte et nemo duplum tunc ... quod nisi ...

est simonis et vindicatur. xxiiii. q. i. ii. affectamus et laudamus ut ... filii. coll. ix. in fi. ubi dicit in delicto non equali paria et immitere penas iniustum putamus. v. in quo deliquerunt. sic. s. de emu. ec. c. ult. et s. de iur. pa. pastoralis.

et s. de exp. cum litteris. et s. de fo. c. nullus. si xxi. q. ii. de vito. et xxvii. q. iii. ff. et de ep. c. l. sic alias. quod potest ... vituperibus loco pene. xiiii. q. vi. si res. et xii. q. ii. Fraternitas. et v. q. vi. quod institutis. v. aliis interdicatur. sic quod pena unius est metus aliorum. ut ii. q. vii. quia. s. de of. or. irre. s. de tem.

ex toto iungens sive paganis dummodo infra tres menses illum venalem exponat ut c. fraternitatem. v. xxii. et de q monetam ... vivunt. s. de illa q est in usu in loco illo. ar. ff. de l. ii. nuis. et ff. de l. i. si pruis. quod si non sit qui solvat illos. xii. s. de hoc dictum est. s. e. c. i. v. si autem in fra tres eo ipso quod non exponit eum infra tres menses venalem presumitur quod non eum iniuriam emit. sed ad serviendum sibi. vide in illo pro dato porrigatur ad primum libertatis. nec admittetur probatio iudicium eius hoc sit presumptio iuris ex qua ius statuitur. ut liiii. di. fraternitatem. et c. intellige per istud

Prerogativa consequitur. Idem.
Qui in mero baptizati
vel baptizari volente eum
fuerat vel invitio finem recti-
ne, quia si quem non dum ad
fidem conversum eum in animo
in eum et postmodum faciunt
sit vel fieri desiderat eiusmodi
datis pro eo .xii. sol. ab illius
fine primus subtrahatur.
Sicut antea .i. tres menses eum
veniam non exponitur ad
sibi finiendo enim eum de-
nec ipse veniende ne tamen in
detur, quaerens nullo dato pro-
eo provocatur ad primam li-
bertatem. Stephanus papa universis
omnibus episcopis. De haereticis. Rubrica.
Dubius .xii.
Dubius in fide infidelis
est, nec eis omnino cre-
dendum est, qui fidem in-
fidelitatis ignorant. Leo papa.
Qui alios, cum possit, ab
errore non revocat, se ipsum
errare demonstrat. Aug.
de fide catholica.
Firmissime tene et nulla-
tenus dubites omnem
haereticum sive schismaticum cum
diabolo et angelis eius aeterni
ignis incendio participandum,
nisi ante
finem vitae catholicae incorpo-
ratus et redintegratus fuerit ecclesiae. Et post
pauca. Omni homini qui
ecclesiae catholicae non tenet
unitatem, neque baptismus, neque
eleemosyna quamvis copi-
osa, neque mors pro nomine Christi
suscepta proficere poterit ad sa-
lutem. Greg. Anastasio
Antiocheno.
Fraternitatis tuae scripta ce-

lestinus atque Pelagius in E-
phesina synodo sunt damnati.
In quomodo poterunt illa re-
cipi quorum damp-
nati auctores. Ex concil.
Si quis episcopus. Carthaginiensi.
Praetulerit heredes extraneos a consan-
guinitate sua vel haereticos vel consan-
guineos aut paganos praetulerit,
saltem post mortem ei anathema
dicatur, atque eius nomen inter Dei sacer-
dotes nullo modo recitetur.
Ex eodem.
Ideo qui catholici non sunt
etsi consanguinei fuerint episcopi vel presbyteri
nihil conferant de rebus suis, quod de
episcopis et presbyteris dictum est, de
reliquis clericis eiusdem. Alex.
III. Remensi archiepiscopo.
Cum Christus perfectus sit Deus
et perfectus sit homo, quae [...] sub a-
nathemate interdicas ne quis
de cetero dicere Christum non esse aliquid
secundum quod est homo, quia sicut Christus verus est
Deus, ita verus est homo ex anima ratio-
nali et humana carne subsistens.
Ex concilio Lateranensi.
Sicut ait beatus Leo, etsi quia in
partibus Tolosanis haereticos quos
alii Catharos, alii Patarenos, et
alii aliis nominibus vocant, invalu-
it damnata perversitas, eos
et defensores et receptores eorum
anathemati decernimus subiacere, sub
anathemate prohibemus ne quis eos
in domo vel in terra sua tenere vel fo-
vere aut negotiationem cum eis
exercere praesumat. Si autem in hoc
peccato decesserint, non sub privilegiorum
nostrorum cuilibet indultorum obtentu
nec sub aliqua alia occasione aut oblatio
pro eis fiat aut inter Christianos acci-
piant sepulturam. Lucius III.
Ad abolendam diversarum haeresium

[illegible]

qui de sacramento corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi, de baptismo, seu de peccatorum confessione, matrimonio vel reliquis sacramentis ecclesiasticis aliter sentire aut docere non metuunt quam sacrosancta Romana ecclesia praedicat et observat; et generaliter quoscumque eadem Romana ecclesia vel singuli episcopi per dioeceses suas cum consilio clericorum vel clerici ipsi sede vacante cum consilio, si oportuerit, vicinorum episcoporum haereticos iudicaverint, pari vinculo perpetui anathematis innodamus. etc.

Praesenti nihilominus ordinatione sancimus, ut quicumque manifeste fuerint in haeresim deprehensi, si clericus est vel cuiuslibet religionis obumbratione fuscatus, totius ecclesiastici ordinis praerogativa nudetur, et sic omni officio et beneficio spoliatus ecclesiastico, saecularis relinquatur arbitrio potestatis animadversione debita puniendus, nisi continuo post deprehensionem erroris ad fidei catholicae unitatem sponte recurrere et errorem suum ad arbitrium episcopi regionis publice consenserit abiurare et satisfactionem congruam exhibere.

Laicus autem, nisi, prout dictum est, abiurata haeresi et satisfactione exhibita confestim ad fidem confugerit orthodoxam, saecularis iudicis arbitrio relinquatur, debitam recepturus pro qualitate facinoris ultionem.

Illos quoque, qui post abiurationem erroris vel postquam se, ut diximus, proprii antistitis examinatione purgaverint, deprehensi fuerint in abiuratam haeresim recidisse, saeculari iudicio sine ulla penitus audientia decernimus relinquentes. Statuimus insuper, ut comites, barones, rectores et consules civitatum et aliorum locorum iuxta commonitionem episcoporum praestito corporaliter iuramento promittant, quod fideliter et efficaciter, cum ab eis fuerint requisiti, ecclesiam contra haereticos et eorum complices adiuvabunt bona fide iuxta officium et posse suum.

Si vero id observare noluerint, honore quem obtinent spolientur, et ad alios nullatenus assumantur, eis nihilominus excommunicatione ligandis, et terris eorum interdicto ecclesiae supponendis. Civitas autem quae his decretalibus institutis duxerit resistendum, vel secundum commonitionem episcopi punire neglexerit resistentes, aliarum careat commercio civitatum, et episcopali se noverit dignitate privandam.

Si qui vero sunt qui a lege dioecesanae iurisdictionis exempti soli subiaceant sedis apostolicae potestati, nihilominus quae sunt contra haereticos instituta episcoporum subeant iudicium, et eis in hac parte tamquam a sede apostolica delegatis non obstantibus immunitatis suae privilegiis obsequantur.

Innoc. iii.

Vergentis in senium saeculi corruptelam etiam in terris iuris imperialis iurisdictioni subiectis bona haereticorum statim iussimus publicari, et in aliis id fieri praecipimus per potestates et principes saeculares, quos ad id exequendum, si forte neglexerint, per censuram ecclesiasticam appellatione remota compelli volumus. Et deinceps nec ad eos bona eorum ulterius revertantur, nisi eis

[illegible]

ut hic dicitur, sed dicit lex C. de naufragiis (?) ... cognominis ... de uestiariis ... quod filii catholici propter hoc hereditate paterna non priuantur ... modum criminis sicut in C. eod. lege ... filii puniuntur quo ad bona ut hic dicit ...

...ad cor reuertentibus et abnegantibus hereticorum consortium misereri aliquis uoluerit, ut temporalis saltem pena corripiat quem spiritualis non corrigit disciplina. Cum enim secundum legitimas sanctiones reus lese maiestatis punitus capite bona confiscantur eorum, filiis suis uita solummodo ex misericordia conseruata, quanto magis qui errantes in fide Dominum Dei filium Iesum offendunt a capite nostro, quod est Christus, ecclesiastica debent districtione precidi et bonis temporalibus spoliari, cum longe sit grauius eternam quam temporalem ledere maiestatem. Nec huius seueritatis censuram orthodoxorum exheredatio filiorum, qui quasi in cuiusdam miserationis pretextu debet ullatenus impedire, cum in multis casibus etiam secundum diuinum iudicium filii pro patribus temporaliter puniantur: et iuxta canonicas sanctiones quandoque feratur ultio non solum in auctores scelerum, sed etiam in progeniem dampnatorum.

Idem.

Ut ad nisus nostros tanto consurgeret efficacius, quia plus timeri solet quod specialiter iniungitur quam quod generaliter imperatur, nobis aduocatis et scriniariis firmiter inhibemus, ne hereticis, credentibus, fautoribus uel defensoribus eorundem in aliquo prestetis auxilium, consilium uel fauorem, nec eis in causis uel factis uel aliquibus litigantibus sub eorum examine uestrum patrocinium prebeatis, et pro ipsis publica instrumenta uel scripta facere nullatenus attemptetis. Quod si contra presumpseritis, ab officio uestro suspensos perpetue nos infamie decreuimus subiacere.

Cum ex iniuncto ... Sicut conspiratores ...

Uniuersis Christi fidelibus tam in urbe Metensi quam in eius diocesi constitutis. Cum ex iniuncto etc. Sicut autem desiderium intelligendi diuinas scripturas et secundum eas studium adhortandi reprehendendum non sit, sed potius commendandum, in eo tamen apparent quidam laici merito arguendi, quod ecclesiastica conuenticula celebrant, officium sibi predicationis usurpant, sacerdotum simplicitatem illudunt et eorum consortium aspernantur qui talibus non inherent. Deus enim lux uera, que omnem hominem uenientem in hunc mundum illuminat, in tantum odit opera tenebrarum, ut apostolos suos in mundum uniuersum predicaturos euangelium omni creature missurus eis preceperit aperte dicens: Quod dico uobis in tenebris, dicite in lumine, et quod in aure audistis, predicate super tecta, etc. Et infra. Nam sicut multa membra corporis, omnia uero non eundem actum habentia, ita sunt ordines in ecclesia, sed non omnes idem habent officium, quia secundum apostolum alios dedit Dominus apostolos, alios prophetas, alios autem doctores, etc. Cum igitur ordo doctorum sit quasi precipuus in ecclesia, non debet sibi quisquam indifferenter predicationis officium usurpare. Nam secundum apostolum quomodo predicabunt nisi mittantur? Et ueritas ipsa precepit: rogate dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Quod si forte quis argute responderit, quod tales inuisibiliter mittuntur a Deo, etsi non uisibiliter ab homine, cum inuisibilis missio quam uisibilis...

sit dignior, et divina lege melior quam humana, potest rationabiliter responderi quod, cum interior illa missio sit occulta, non sufficit tamen cuiquam nude tantum asserere quod ipse sit missus a deo, cum hoc quilibet hereticus asseveret, sed oportet quod astruat illam invisibilem missionem per operationem miraculi vel scripture testimonium speciale. Unde quando dominus vellet mittere Moysen in Egyptum ad filios Israel, ut crederent ei quod mitteretur ab ipso, dedit ei signum, ut converteret virgam in colubrum, et colubrum iterum in virgam reformaret. Iohannes etiam baptista testimonium sue missionis protulit dicens: Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam domini, sicut Ysaias propheta predixit. § Licet autem scientia sit valde necessaria sacerdotibus ad doctrinam, quia iuxta verbum propheticum: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem exquirunt ex ore eius; non est tamen simplicibus sacerdotibus etiam a scolasticis detrahendum, cum in eis sacerdotale officium debeat honorari. Propter quod dominus in lege precepit: Diis tuis non detrahes: sacerdotes intelligens, qui propter excellentiam ordinis et officii dignitatem deorum nomine nuncupantur. Sane nequisquam sue presumptionis audaciam illo defendat exemplo, quo asina legitur reprehendisse prophetam, vel quod dominus ait: Quis ex vobis arguet me de peccato? cum aliud sit fratrem in se peccantem occulto corripere, quod quisque tenetur efficere secundum regulam evangelicam, in quo casu sane potest intelligi quod Balaam correptus fuit ab asina; et aliud est prelatum suum devincere reprehendere in manifesto, quod utique nulli licet secundum veritatem evangelicam. § Nam qui dicit fratri suo fatue, reus erit gehenne ignis. Et rursus aliud est quod prelatus sponte de sua conversatione iudicium subditorum seu accusationi supponit, in quo casu premissum domini verbum debet intelligi; et aliud quod subditus non tam ad reprehendendum quam detrahendum exurgit temerarius in prelatum, cum eis potius incumbat necessitas obsequendi. Quod si forte necessitas postulaverit ut sacerdos tamquam inutilis et indignus a cura gregis debeat removeri, ad agendum ordinate apud episcopum, ad cuius officium tam institutio quam destitutio sacerdotum noscitur pertinere. § Item de malis generalis.

Excommunicamus itaque et anathematizamus omnem heresim extollentem se adversus hanc sanctam orthodoxam catholicam fidem quam superius exposuimus, condempnantes universos hereticos quibuscumque nominibus censeantur, facies quidem diversas habentes, sed caudas ad invicem colligatas, quia de vanitate conveniunt in idipsum.

Dampnati vero presentibus secularibus potestatibus aut eorum ballivis relinquantur animadversione debita puniendi, clericis prius ab ordinibus degradatis, ita quod bona huiusmodi dampnatorum si laici fuerint confiscentur, si vero clerici applicentur ecclesiis a quibus stipendia receperunt. § Qui autem in

persimili prout cum primo probabiliter fuit infamia et quia noluit se purgare fuit excommunicatus et per annum stetit in excommunicatione pro convicto habetur. xi. q. iii. [illegible]

[illegible]

ventu sunt sola suspicione notabiles nisi iuxta suspicionis considerationem qualitatemque persone propriam innocentiam congrua purgatione monstraverint anathematis gladio feriantur et usque ad satisfactionem condignam ab omnibus evitentur ita quod si per annum in excommunicatione perstiterint extunc velud heretici condempnentur. ¶ Moneantur autem et inducantur et si necesse fuerit per censuram ecclesiasticam compellantur seculares potestates quibuscumque fungantur officiis ut sicut reputari cupiunt et haberi fideles ita pro defensione fidei prestent publice iuramentum quod de terris sue iurisdictioni subiectis universos hereticos ab ecclesia denotatos bona fide pro viribus exterminare studebunt ita quod amodo quandocumque aliquis fuerit in potestatem sive perpetuam sive temporalem assumptus hoc teneatur iuramento capitulum firmare. ¶ Si vero dominus temporalis requisitus et monitus ab ecclesia terram suam purgare neglexerit ab hac heretica feditate per metropolitanum et ceteros comprovinciales episcopos excommunicationis vinculo innodetur et si satisfacere contempserit infra annum significetur hoc summo pontifici ut extunc ipse vasallos ab eius fidelitate denunciet absolutos et terram exponat catholicis occupandam qui eam exterminatis hereticis absque ulla contradictione possideant et in fidei puritate conservent salvo iure domini principalis dummodo super hoc ipse nullum prestet obstaculum nec aliquod impedimentum opponat eadem nichilominus lege servata circa eos qui non habent dominos principales.

¶ Catholici vero qui crucis assumpto caractere ad hereticorum exterminium se accinxerint illa gaudeant indulgentia illoque privilegio sint muniti quod accedentibus in terre sancte subsidium conceditur. ¶ Credentes preterea receptatores defensores et fautores hereticorum excommunicationi decernimus subiacere firmiter statuentes ut postquam quis talium fuerit excommunicatione notatus si satisfacere contempserit infra annum extunc ipso iure sit factus infamis nec ad publica officia seu consilia nec ad eligendos aliquos ad huiusmodi nec ad testimonium admittatur. Sit etiam intestabilis ut nec testandi liberam habeat facultatem nec ad hereditatis successionem accedat. Nullus preterea ipsi super quocumque negotio sed ipse aliis respondere cogatur. Quod si forte iudex extiterit eius sententia nullam optineat firmitatem nec cause alique ad eius audientiam perferantur. ¶ Si fuerit advocatus nullatenus eius patrocinium admittatur. Si tabellio eius instrumenta facta per ipsum nullius sint penitus momenti sed cum auctore condempnato dampnentur et in similibus idem precipimus observari. ¶ Si vero clericus fuerit ab omni officio et beneficio deponatur ut in quo maior est culpa gravior exerceatur vindicta. ¶ Si qui autem tales postquam ab ecclesia fuerint denotati evitare contempserint excommunicationis sententia usque ad satisfactionem idoneam percellantur.

[illegible]

Sane cum clerici non erubeant huiusmodi pestilentibus ecclesiastica sacramenta, nec eos presumant christiane tradere sepulture, nec elemosinas aut oblationes eorum recipiant. alioquin suo priventur officio, ad quod nunquam restituantur absque indulgentia sedis apostolice speciali. Similiter quilibet regulares, quibus hoc etiam infligatur, ut eorum privilegia in illa diocesi non serventur, in qua tales excessus presumpserint perpetrare. Quia vero nonnulli sub specie pietatis virtutem eius iuxta quod ait apostolus abnegantes, auctoritatem sibi predicandi vendicant, cum idem apostolus dicat: quomodo predicabunt nisi mittantur? omnes qui prohibiti vel non missi, preter auctoritatem ab apostolica sede vel catholico episcopo loci susceptam, publice vel privatim predicationis officium usurpare presumpserint, excommunicationis vinculo innodentur, et nisi quantocius resipuerint, competenti alia pena plectentur. Adicimus insuper, ut quilibet archiepiscopus vel episcopus aut per se aut per archidiaconum suum vel alias honestas idoneasque personas bis aut saltem semel in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit hereticos habitare, circumeat, et ibi tres vel plures viros boni testimonii vel etiam, si expedire videbitur, totam viciniam iurare compellat, quod si quis ibidem hereticos sciverit vel aliquos occulta conventicula celebrantes, seu a communi conversatione fidelium vita et moribus dissidentes, eos episcopo studeat indicare. Ipse autem episcopus ad presentiam suam convocet accusatos, qui nisi se ab obiecto reatu purgaverint, vel si post purgationem exhibitam in pristinam fuerint relapsi perfidiam, canonice puniantur. Si qui vero ex eis iuramenti religionem obstinatione damnabili respuentes iurare forte noluerint, ex hoc ipso tanquam heretici reputentur. Volumus igitur et mandamus, et in virtute obedientie districte precipimus, ut ad hec efficaciter exequenda episcopi per suas dioceses diligenter invigilent, si canonicam voluerint effugere ultionem. Si quis enim episcopus super expurgando de sua diocese heretice pravitatis fermento negligens fuerit vel remissus, cum id certis indiciis apparuerit, et ab episcopali officio deponatur, et in loco ipsius alter substituatur idoneus, qui velit et possit confundere hereticam pravitatem.

Greg. IX. archiepiscopo Mediol.

Sicut in uno corpore etc. Cum quia nonnulli laici predicare presumant, et eorundem ministerium existat, ne inde sub specie virtutis vitia occulte subintrent, nos attendentes quod doctorum ordo est in ecclesia quasi precipuus, cum alios apostolos, alios prophetas, alios vero doctores, interdicimus universis laicis cuiuscunque ordinis censeantur usurpare officium predicandi.

Excommunicamus et anathematizamus universos hereticos, catharos, patarenos, pauperes de Lugduno, passaginos, iosephinos, arnaldistas, speronistas et alios, quibuscunque nominibus censeantur.

facies quorum vulpes diuisas
sed caudas ad inuicem col
ligatas, quia de uanitate con
ueniunt in idipsum. § Vap
ulanti uero per ecclesiam schismaticis in
dictis relinquitur illa diuisione
de uita puniendi clericos et
prius a suis ordinibus degra
datis. § Si qui autem de pre
dictis postquam fuerint deprehensi
redire voluerint ad agendam
penitentiam congruam in perpetuo
carcere detrudantur. § Execu
tores autem eorum errorum hereti
cos similiter iudicamus. Idem.
Absolutos se nouerint
a debito fidelitatis homa
gii ac totius obsequii
quicunque lapsis in here
sim manifeste aliquo pacto
quacunque firmitate uallato tenebantur astricti.

Ex concil. Lat. De schismaticis

Quod a ... pr.
predecessore nostro et
ordinationes ab Oc
tauiano et Guidone heresiar
chis facte ab eis ordinati
irritas esse censemus, adicientes
ut qui dignitates ecclesiasti
cas seu beneficia per dictos schis
maticos acceperunt careant
impetratis. Alienationes quo
que per eosdem schismaticos siue
per laicos facte sunt de rebus eccle
siasticis omni careant firmita
te et ad ecclesias sine omni honore
reuertantur. § Si quis autem con
tra hoc uenire presumpserit excommunicationi se nouerit
subiacere. § Illos uero qui
sponte iuramentum de tenendo
schismate prestiterunt a sacris
ordinibus et dignitatibus de
cernimus manere suspensos.

Innoc. III. Constant. archiepiscopo.
Fraternitati tue presentium ... quod
a schismaticis ordinati
ab officiis potius repellere cu
rantur nisi legitime probauerint
secum fuisse misericorditer dispen
satum et ab ea persona que super
hoc habuit potestatem dispensan
di. Alexand. III. De aposta
tis et reiter. baptis.
Presbyteri ...
Preterea clericum
qui relicto ordine clericali et habitu suo in
apostasia tanquam laici conuersan
tur si in criminibus comprehensi
teneantur per censuram ecclesiasticam non
precipimus liberari. Idem abbati sancte
Genouefe.
Ex litterarum tuarum tenore perpen
dimus quod quidam in egritudi
ne longa confectus insano
sortilegio mulieris credens
consilio ut sanaretur iteratio
nem fecit iniuriam baptis
matis sacramento. § Quia
quod nos tua duxit prudentia
consulendos quid ei penitentie
debeat iniungi qui minor etate
intentione superne salutis ex
cusare uidetur dispens. tue presentium
iudicamus. Gradus superiores or
dines promoueri si publicum
est quod promouetur non ualeat nisi
ad religionem transire uoluerit
ut fauore religionis religiosis
ipsius circa eum ualeat dispen
sari. § Si uero occultum
est promoueri poterit et excessum
suum dignis penitentie fructibus
expiare. Innoc. III.
Ex frequentibus ... super
secundo articulo inquisitioni
intendimus quod clerici qui sunt
de apostasie crimine infamati

qui inde[bite] abiecerint habitum clericalem non sunt inde clericali habitu reuocandi ac tollendi per districtionem ecclesiasticam compellendi donec per vacationem desidentes ad infamiam abolendam spatio competenti canonici cauerint exhibere. Idem ex. al' g[lori]a.

Quidam sicut accepimus qui ad sacramentum baptismatis voluntarie accesserunt veterem hominem omnino non exuunt ut nouum perfectius induant. cum priores ritus reliquias retinentes christiane religionis decorem tali commixtione confundant. Cum autem maledictus sit homo qui terram duabus vijs ingreditur et indui veste non debeat que lana linoque contexta statuimus ut per prelatos ecclesiarum talis obseruantia veteris ritus omnimodo compescatur ut quos christiane religioni libere voluntatis obtulit arbitrium salutifere coactionis in eius obseruatione conseruet cum minus malum existat viam domini non agnoscere quam post agnitam retroire. Honorius .iii. episcopo.

Nobis exposuit Turonen. ... statutas esse quid de apostatis agendum qui in custodia detinentur qui minis et blandicijs nullatenus possunt induci ut obiectum habitum reassumant. ad quod breuiter respondemus quod tales si nolueris potes sub arta custodia coartare ita quod solum eis uita sibi necessaria exhibeatur donec a sue presumptionis nequicia resipiscant. Idem archiepiscopo Lugdunensi.

Consultationi tue breuiter respondemus quod monachus aliquis sacri ordine in apostasia recipiens quamuis licet fuerit reconciliatus suo abbati et receperit penitentiam absque dispensatione Romani pontificis ministrare non potest in ordine sic suscepto. Alexander .iii. Toronensi episcopo.

De his qui filios occiderunt. Rubrica.

Veniens ad nos mulier lacrimabiliter nobis confessione monstrauit quod cum de quodam filium genuisset ille eam sepe grauiter ... improperans quod filius eius non esset. ipsa iracundie calore ducta eundem filium interfecit. Unde quia eandem laborem induceret ut aliquod monasterium intraret in quo peccata sua perpetua penitentia deploraret. Si autem repugnante carnis fragilitate ad hoc induci noluerit eam licentiam in domino nubendi tribuas. Quia tamen nobis visum est ut in domino nubat vnum solum quod in honeste multos admittat. Lucius .iii. Parisiensi episcopo.

Intelleximus quod quedam mulier filiam paruulam furore accensa diabolico iugulauit propter quod dominus terre maritum eius ipsam compulit abiurare. quoniam illam habere alios filios interemisse. Quod quia super hoc prouideas quod sui sceleris penitentiam ... et saluti eius ac filiorum ... prouidentia consulatur non obstante iuramento quod a viro eius dominus proponit extorsisse. Eam sic expedire videris eidem viro restituas ita quod filios suos

[illegible]

De infantib[us] et ne sine pena. Sed si non constat eos interfectos a patre vel a matre. sed eventus fuit ca[usa] ... [illegible]

[illegible]

...ubi possit ac pacifice gubernare. Idem.

De infantibus autem qui mortui reperiuntur cum patre et matre, et non apparet utrum a patre vel matre oppressi sint vel suffocati vel propria morte defuncti, non debent inde securi esse parentes nec etiam sine penitentia. Tamen consideratio debet esse pietatis, ubi voluntas sceleris non est, sed eventus mortis causa fuit. Si autem eos non latet ipsorum interfectores esse, scire se debent graviter deliquisse. Quindecim autem penitentiam annorum iudicant esse debere, quorum unum peragant in pane et aqua. Gregorius IX.

De infantibus et languidis expositis. IX. ca.

Si a patre suo sive abavo sciente ipso aut ratum habente relegato pietatis officio infans expositus extitit, ab ipsa potestate sit patria liberatus. Nam et in casu simili ingenuitate libertus et famulus libertate recipit. Quod de parentibus curam exercentibus languidis si expositi fuerint, si alicui eorum curam impie negari contigit, est dicendum. Sane quos suscepit non possunt sibi per hoc in eorum personis ius aliquid vendicare. In exodo.

Si quis de industria occiderit proximum suum et per insidias, ab altari meo evelles eum ut moriatur.

Hespan romano.

Ut fecisti finem aut lationem ubi comprehendi potest absque occisione, quia ad ymaginem dei creatus est, xl dies non intres ecclesiam et lanea veste indutus ab escis et potibus qui interdicti sunt a ... gladio et equitatu illos super dictos dies abstineas. In feria autem quinta et sabbato aliquo genere leguminum vel olerum et pomis et parvis piscibus vel cum mediocri mensura vini temperate. Si autem sine odii meditatione te et vitam liberando hoc malum fecisti, indulgentiam dico per ymaginem dei si aliquid ieiunare volueris bonum est et elemosinas fac largiri. Si per se casu fecit non deponatur, tamen quamdiu vivit penitentiam agat.

Aug. sup. exod.

Si perfodiens inventus fuerit fur et percussus mortuus fuerit, non putandum est illud homicidium. Si autem orto sole super eum reus erit. Intelligitur ergo non pertinere ad homicidium si fur nocturnus occidatur. Si autem diurnus ad homicidium pertinere noscatur. Hoc est enim quod ait si orto sole super eum, quia potest discerni quia ad furandum, non ad occidendum venerit, et ideo non debet occidi. Sed et antiquis legibus secularibus quibus ista est antiquorum inventa impune occidi nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem si se defenderit telo. Amplius enim est quam fur. Geronimus in exodo.

Dominum mandato polluetur

[illegible]

Signis homicidia voluntarii ... [illegible]

... [illegible]

gladio. Sed hoc prohibetur omni potenti. xxiii. q. ii. admonere. et de pe. di. v. falsas. et c. dolendum. ibi dicitur quod ab omnibus illicitis est abstinendum, non quod militare sit malum. xxiii. q. i. militare. sed propter facilitatem peccandi prohibentur penitentes. cum illa temperate. i. non ultra scientiam incumbit ut nulla pulchra(?) xlv. di. qui peccat. bonum est tibi.

gratia quam cum postulasset et c. quia si contraxit pecuniam non dedisset et ideo talem iuramentum ipsum non excusavit. arg. l. di. non satis(?) immo et si fecisset iniustus non ideo non debuimus facere malum. nam in pravis promissis rescinde fidem. cum peccatum est in malis coherendi. ff. eo. ma. si constante. § si maritus. non enim ad maiorem diligentiam tenetur in rebus alienis quam in suis. C. mandati. in re mandata.

est laudes saltatrici dare quod cum postulasset ab eo. Si obnixius(?) non dicat se fecisse si patris aut matris sue interitum postulasset, sanius esset an non. quod consilius repudiatus fuit et repente debuit implere.

Ex concil. Guarm.

Si aliquis causa libidinis explende vel odii meditatione homini aut mulieri aliquid fecerit ut ad potandum dederit, ut non posset generare aut concipere aut nasci soboles, ut homicida teneatur.

Alex. III. Exoniensi episcopo.

